



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI  
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne  
Petro Maffeo, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex  
auctoritate superiorum.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Köln, 1585**

**VD16 M 110**

Variæ in Ignatium tempestates excita[n]tur. Cap. XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

224      **I G N A T I I V I T A E**  
culis à turpi quæstu ad frugem & con-  
tinentiam traducendis.

*Variæ in Ignatium tempestates excitātur.*  
*Cap. XVI.*

**Q**uibus ille rebus dum Christi cau-  
sam agit intrepide, multorum vt  
fit, odia simultatesque contraxit. In  
ijs aulicus quidam (cuius nomini par-  
citur) eo tempore potens & gratus,  
cum abductam à se mulierculam, quæ  
misere deperibat, & in male nuptarii,  
vt appellant, cœnobio collocatam fer-  
re non posset; sequiore in dies concep-  
rabie, quam libido & amor incēdebat,  
ita demum exarsit, vt poene furere vi-  
deretur. Ac primum, facta manu, fene-  
stras coenobij lapidibus petere, custo-  
des infestare, minari: deinde in Ignati-  
um auctorem, & socios, in circulis cœ-  
tibusque omnia maledicta conferre,  
quin etiam ex occursu probris & con-  
tumelijs eosdem incessere; denique ad  
eos funditus euentados, improbissimas  
in ipsorum vitam calumnias dissipare;  
quæ domos primum nobilium circū-  
latæ, celebrataeque sermonibus (quos  
partim

partim prona in deteri<sup>o</sup> persuasio, partim vœsani illius artificium dolorque excitabat) ad Cardinales etiam, atque adeo ad ipsum Pontificem perueniuit. Igitur vulgus, ut est pluma & folio leuius, quos nuper summa cum approbatione suspexerat, eosdem repente cōtemnere, & acerbiore in dies odio exsecurari, & singulorum caput dira imprecatione defigere; prorsus ut iam non modo cum proximis agere, sed ne pedem quidē ianua tuto efferrē possent. Principes vero, licet magna ex parte fitas criminaciones putarent, tamen rati subesse profecto nescio quid, quod tantæ inuidiæ flamمام fouveret; vel immutata, vel certè labefactata in Ignatium voluntate videbantur. At Ignatius, quamuis à sua suorumque cōsuetudine multos abduci non sine rei Christianæ iactura cerneret; tamen ratus mitigari hominis ferociam posse, primo rem dissimulare, atque adeo officijs cum improbitate certare: deinde ubi malum serpere quotidie latius, & ipsa patientia corroborari audaciam sensit; non tam priuato dolore, quam

P rei

rei publicæ detimento permotus, ad Summum Pontificem adiit, ab eoque suppliciter impetrauit, ut criminum, quæ sibi suisque denuo obijcerentur, acre iudicium exerceceretur ab Archin-  
to Vicario, & Francisco Michaelio Vi-  
bis præfecto. Ij, citatis omnibus ad  
quos criminum vel suspicio vel con-  
scientia pertinebat, ac per diligentem  
inquisitionem calumniatoris fraude  
comperta, Ignatium & socios non mo-  
do absoluunt lata sententia, sed etiā  
debitis laudibus & honore verborum  
extulerūt, increpito valde aduersario,  
poenaque proposita non leui, nisi à pe-  
tulantia maledictisque desisteret. nā,  
ne grauius in eum animaduerteretur,  
Ignatio in primis deprecatore perse-  
cūtum est. ita, quod antea semper, tum  
quoque Ignatijs sanctitatem illustrauit  
hominum iniuria, & Deo duce, virtus  
ac veritas, dum violatur, effulsit. Isidē  
fere insidijs postmodum appetitus I-  
gnatius est à sacerdote quodam, qui  
cum domum catechumenorum admi-  
nistriaret, ferre non poterat in ea regen-  
da familia maiorem à loci præsidibus

Igna,

Ignatij rationem haberi, quām sui. Sed miser, Ignatio silente, ac pro eodem orante, breui perfidiæ pœnas dedit. atro cibus enim ant ea&gt;x vitæ sceleribus iusto Dei iudicio patefactis, quæ ad eam vsq; diem astute suppresserat; sacerdotio spoliatus, & perpetuo carceri additus est.

*Regimen seminarum à Societate depellit*

*Ignatius. Cap. XVII.*

**I**n terea Elisabetha Rosella Barcino-nensis, quæ Ignatij prima litterarum studia fouverat, Societatis I E S V coali-tæ & confirmatæ, fama commota, Romam ex Hispania contulit sese, par-tim vt Ignatium lōgo interuallo reui-feret; partim etiā, vt vna cum quibus-dam alijs pijs feminis ad normam illi⁹ atq; præscriptum ageret vitam. Atque Ignatius quidem, sospitem aduentū mulieri de se optime méritæ gratula-tus est, & omnia officia detulit, q̄tæ sal-uo re ligionis instituto præstare posset curam vero seminarum suscipere sese negauit posse, plurimis grauissimisq; occupationibus impeditum. At illa ni hilominus instare; sanctissima veteris

P 2 ami